Antropologium de hoīs digni-tate. natura. et ꝓprietatibus. de

Elementis .partibus. et mēbris humani corꝑis. De iuua
mentis nocumētis. accidētib⁹. vitijs. remedijs. et physio
nomia ipsorum. De excremētis et exeūtib⁹. De Spiritu
hūano eiusq3 natura. ꝑtib⁹. et opib⁹. De aīa hūana et
ipsius appendicijs. Per Magnū Hundt ꝑthenopolita
num Ingenuarū artiū Magistrū in gymnasio Liptzeñ.
Ad laudem dei Et cōmunē studiosorū hoīm vtilitatem
q̄maccuratissime ex philosophorū libris congestum.

Epigrāma mgrī Magni ad lectorē

Nil iuuat externos multorum noscere mores
Cum lamie similis non videt vlla sua
Est pudor haud paruus peregrina inquirere vafre
Dum se nescit homo nec sua scire studet
Ingenium qui scit propriū bene cuncta gubernat
Se ignoscens fatuus cetera scire cupit
Idcirco studeas primum te noscere lector
Dehinc vigili cura cernere cuncta petas
Discito naturas hominū regnare studes qui
Discito perpetuo viuere sanus homo
Ista docet codex subscriptus quem legitabis
Aurea cum prestet dogmata lege sua

M

S
Sensus ꝯmũis
T
Imaginatiuã

Intellectus

V
Cogitatiua
X
Memoratiua

A
Capilli
B
Cutis
C
Caro
D
Pãniculꝰ
E
Craneũ
F
Dura mr̃
G
Pia mater
H
Cerebruz
I pmꝰ
Vētricl'i scdꝰ
tciꝰ
K
Rete mirabl'e
L
Lacuna
M
neruoꝝ paria
N
Carũcule
O
Visus
P
Auditꝰ
Q
Olfactus
R
gustus
Y
Coronalis
Z
Sagittal'
+
Lauda



Tactus per totum corpus expãdit per neruos spondilium.

Illustri principi et domino. do=

mino wolfgãgo ex nobili sanguie genito Comiti in An=
halt ꝛc. dño suo gracioso. Magnus Hundt ꝑtenopoli=
tanus ingenuarũartiũ Mgr̃ Liptzensis Perpetuã op=
tat corpis et aĩe felicitatẽ. Quanq̃ romanoꝝ senat⁹. illustris et gene
rose princeps. septẽ grecos sapiẽtie libros in agro Lucij petilij scribe
reptos igne cõcremari censuit. Ne hoim mentes philozophicis do=
ctrinis a cultu deorũ amouerẽt Lacedomonios imitat⁹ q̃ archilochi
libros religioni aduersos exportari e ciuitate iusserunt. Tua tñ in=
genua et gnosa adolescẽtia hui⁹ gr̃a phie studiũ nõ ꝑuifaciat Neq̃
Domitian⁹ impator q̃ phos vrbe atq̃ italia pepulit nullũ ob crimẽ
nisi q̄ phi erant. Neq̃ athenieñ. cicuta socratẽ parentẽ prope ipsum
phie. interimentes. Neq̃ vulgi opinio qua nemo melior dũ laudat
Nec itẽ peior quisq̃ dũ vitupatur. efficit. sicut nec corp⁹ vmbra cres
cente aut decrescẽte trãsmutat. te a philosophicꝫ doctrinis: q̃b⁹ mũ=
dus regitur vitia effulminãtur. v̄tuosa vita instituit. Ac summa ipa
felicitas ad quã diuerso q̃dẽ calle oẽs tendũt acq̃ritur: retrahat Cũ
nõ ex phia. hoies irreligiosi. indiscreti. desidie dediti et ab admĩstra
tione reipub. alieni vt Apuleius cũ Julio capitolino finxere. Sed
abiecta mentis ꝑuitate ꝓducũtur Tum sacre institutiões Nõ ani=
liũ figmẽta Nec reipub. dũtaxat causa vt Auer. opinat excogitate.
Sed desursũ a deo inspirate vt plato in prothogora scribit Aut dif=
ficulter aut fere nullo mõ. Nõ obstãtib⁹ Laurẽtij vallensis oratorꝫ
clarissimi. in de libero arbitrio ɔtra Bohetiũ suasiõib⁹. nec diui ihe
ronimi castigatiõe eiusq̃ durissimis v̄bis ad Eustochiũ in regl̃a vi
uendi scimonialiũ. absq̃ phie ꝑncipijs sane intelligi possint Cui⁹
testis est apl̃us ad romanos ꝑmo scribẽs Inuisibilia em̃ ipi⁹ a crea
tura mũdi hoc est homie ꝑ ea que fctã stꝫ intellecta ɔspiciãtur Sẽpi=
terna q̃z ei⁹ veritas et diuinitas Quid aliud ꝓsefert hũani generis
saluator dñs nr̃ ihũs xp̃s in euãgelio Ubi regnũ dei ꝑ silr̃a ꝛ pabo=
las docꝫ q̃z nõ posse ad dei ɔtẽplatiõeꝫ. q̃ est vita eterna. hũanitus in
hac vita ꝑuenire nisi ex his q̃ creata stꝫ cũ hic in enigmate in futu=
ra aũt patria de facie ad faciẽ deũ videbi⁹ Recte itaq̃ moyses non
pri⁹ ad dei ɔtẽplatiõeꝫ accessit Cũ intellect⁹ ꝑ spẽs reꝝ intelligibi=
liũ acquisitas Et de⁹ ex intellect⁹ noticia cernit. q̃z egiptioꝝ dog=
mata degustasset. Hoc idẽ de Daniele sapiẽte scribit. Si h̃ tramite
Arriani. Jouiste. Sabelliani. Manichei. Origenes. Maximini⁹
plur esq̃ alij quoꝝ noia recitare tedium faceret: ꝓcessissent. Non in
tantos incidissent errores. Si nr̃is tpibꝫ q̃dã diuine scripture ꝓcla
matores phie ꝑncipia recte intelligerẽt. Multa monstra ml̃tos q̃z
nature abditos effect⁹. dei miracl̃a nõ ꝓdicarẽt. hoies poti⁹ ridicl̃os

Ualerius Primo.

Boheti⁹. iij. de ɔsola. ꝓsa. ij.

xij. metaphice ɔmen. l.

Johis xvij.

q̄ʒ deuotos et religiosos excitātes. Demonis preterea insidias ac ꝯ-
sutias ꝓbe a diuinis discerneret inspiratōib;. Si deniqʒ agrippia illa
Augusta Neronē filiū a philosophicis doctrinis nō reuocasset. forsitā
romana respu. nō fuissʒ diruta. filiū qʒ religiōi magis deditū vidisset
nec ipsam nec senatores trucidasset. Utinā Seneca p̄ceptor. crudeli
mꝫere a discipulo affectus. suis et Aristo. in de repub. preceptis ipm
Neronē instituisset docuissetqʒ ꝙ btā est respub. quā phi hoc est viri
docti gubernāt. exitū sue vite habuisset feliciorē. Quasobres Plato
nō immerito scribit Quondā regnāte sophia seclm aureum extitisse.
Ac rursus si qñ phia regnabit aureū seculū redituꝝ. Et eccl'iastes. x.
dicit. Ue tibi terra cui⁹ rex puer est. Et cui⁹ ꝑncipes mane ꝯmedūt
Non de puero etate sed morib; et philosophicis doctrinis inerudito
loquit. Qui nō solū a puero etate et infante nō differt. verūetiʒ ab ho
mine alienus est. solo homīs noīe gaudēs. Nam puer etate et infans
bonis morib; adhuc institui pōt. hic vero sibi inutilis fctūs est ꝛ toti
vniuerso. Hoc aiaduertēs Philipp⁹ rex macedonū Alexādrū filiuʒ
optio ꝯmisit pho docēdū. Illi⁹ etiā causa Tulli⁹ officioꝝ. iij. Marcū
hortat filiū phie studeat que tota frugifera et fructuosa Nec vlla ps
ei⁹ inculta atqʒ deſta existit. Octauo p̄terea politicoꝝ Aristo. quem
imitat eloquētie mgr̄ Quītilianus ꝑmo de oratoria institutiōe, docʒ
reipub. rectores teneros adolescentes. optīs institui disciplinis. Ne
sero vt phriges sapere incipiāt ꝛ dediscēdo vana pl⁹ tpis q̄ʒ addiscē-
do vtilia ꝯterant. Multū em̄ refert adolescentem sic vel sic assuesci
Quo em̄ semel imbuta recēs suabit odoreʒ testa diu. Probatissimos
itaqʒ p̄ceptores ea habeat etas q̄ ad mores iā ptinet. Deniqʒ qui phi
losophari spernit. ipaʒ qʒ felicē atqʒ btāʒ vitam nihilifacere necesse
est. Nam si tunc felices sumus cū bona adsunt nobis plurima. Sed
adsunt ita vt et prosint. nec prosunt nisi vtamur. Bn̄ aūt vt vtamur
scia vna facit quam phia vel affectat vel possidet. profecto vt felices
efficiamur phandū est. Nec corpus duntaxat et opes curare oportet
instar illoꝝ qui instrumenta ꝙoptima habeant summis student vi-
ribus. vti vero negligunt. ita non est posthabendus animus quem
phia curat sicut medicina corpus Quasobres Soli quondā in sua
possessiōe hanc ipaʒ vite directricē ꝑncipes habuerūt Cuʒ ipa celeste
munus existens non terre plutonisqʒ visceribus edita sed summo celi
ꝟtice iouisqʒ capite descēdit. Terrena vitia ꝓcul fugat. fortūam ipaʒ
fortissime domat. mitigat mirifice fatū. Mortalib; donis certissime
vtitur. Nam q̄ expertes sunt phie. vt scribit Marsilius ficinus hu-
mano genere inferiores in bestias quodāmō precipites dilabuntur.
Qui vero mediocrē illi operā impēderint viri ꝓculdubio tales eua-
dent. vt et doctos docere valeant. Et regere principes. At qui p vni-
uersam vitā huic se totum solus deuouerit, corpe quasi deposito, Et

Suetoni⁹ li. vi. ꝑe finem

In de repub.

Quintilian⁹ ꝑmo insti.

Aristo. ij. ethi.
Hora. in eplis
Angelus policianus lamia.

Marsilius in epistolis

liber ad ethera perget. Et hūanā speciez heroicis virtutib⁹ abūdās supabit. factus deus etheris almi. Que cū ita sint et luce clariora. Illustris et generose princeps. Nullā dabis fidē phie detractorib⁹ Et non minus naturali q̄ꝫ morali studeas phie. Cuꝫ natura fons sit et iuris et virtutū moraliū Tum ex ea quisqꝫ seipm agnoscere discit. Et se et alios bene regere. Si em̄ homies suas noscerent naturas et ꝓprietates. Multas vanitates. Multa vicia. plures deceptiones egritudines. et aduersitates fugerēt. verā q̄ꝫoptime colerēt religiōēꝫ futura puiderent. Et ex se cuncta ꝓspicerēt. Qđ principib⁹ q̄ in terr͂ dei locum gerūt. summe necessariū est. vn et Mithridates rex pōti. Atqꝫ rex medoꝝ. summa lucubratione phisic͂ insistebant scientijs. Quaten⁹ itaqꝫ magno atqꝫ labore. dextrū callem ad ethera ducentē instar herculis iouis satu editi. deligas Tuū quoqꝫ noscas ingeniū Et vitioꝝ ⁊ bonoꝝ tuoruꝫ acrem te prebeas iudicem. Ne stenici pl⁹ q̄ꝫ turpe videantur habere prudentie. Probos q̄ꝫ. ingenuos. simplices. iustos. bonos viros. a versut͂. obscuris. astutis. fallacib⁹. duplicibus. maliciosis. callidis. veteratorib⁹. vafris. discernas. Opusculum de hoie qđ antropologium appello nō meo marte excogitatum. Sed crassa Minerua ex Hypocratis coi. Aresto. Plinij. Gal. Auicenne. Auer. Alberti. Alioꝝūqꝫ hac in re peritissimoꝝ script͂ ꝯgestū. maioꝝ vestigia imitans. q̄ sua opa vel ad deoꝝ obtulerūt delubra. aut ꝑnci pibus veluti terrestrib⁹ dijs sacrarunt. vt ab illis et autoritatem et ornamentum sumerēt Aut bonis fautorib⁹ et amicis transcripserūt instituendis Tue illustri adolescētie Cui maxia pro summa beniuolentia meo germano sepenūero exhibita debeo. Que impotēs tenuitas reddere ꝓhibet. dicare decreui. Hortor atqꝫ humane exoro. Tametsi ex paruo ingenio maxio tamē amore ꝓficiscitur. Eo quo transmittitur aīo assumas. in eo si qn̄ ocium datur. Si non discēdi. tn̄ solacij causa legas. Non hesito qn̄qꝫ ꝓfutura et iocunda repies. Rectum quoqꝫ vite iter. nō bonitate duntaxat nature. siue felicitate quadam. siue ꝑntū disciplina vt Tullius ꝑmo inquit offitioꝝ quod perpauci aut fere nulli faciunt. Uerūetiam optimis phoꝝ preceptis que hic codicillus complectitur. facilime accipies. hijs valeas in celo fortūatus. in rectore celi beatus. Data ocius in Collegio Principis studij Liptzensis. Anno domini. Millesimoquingentesimoprimo Septimo Kalendas Martij.

Tul. .i. offi.

O pater omnipotēs qui verbo cuncta creasti
Tranantı fer opem portū pertingat honestū

Prefatio.

Proclꝰ de aīa. et demone.

Recipuum et firmissimū tocius phīe principiū. difficile iocundū. prestans. et oībus necessariū hominibus Nostre existit nature cognitio Qua recte cognita. bonuꝫ nobis consentaneū. malū ve dissidēs absolutiꝰ noscere poteriꝰ Cuncta quoqꝫ tociꝰ mōi entia cognoscūtur. qm̄ phīa ſm Isaac in de diffinitōib; est cognitio suiipiꝰ ab hoīe. vel suiipsiꝰ a se ipo. Hō nanqꝫ duplici ꝯponit natura. corpea videlicet et spūali Et in cognoscendo naturā spūalē intelligētias cognoscit spūales et cāꝫ primā. Cognoscē do aūt naturā corpalē cognoscit oē corpꝰ siue sit simplex siue ꝯpositū siue elementatū siue non elemētatū. Vn̄ et hō maxie dr̄ microcosmꝰ. viij. phicoꝝ. Nam sicut in maiori mōo non est repire nisi istā duplicem naturā. ita et in homie ꝯuenit ambas repire. Ex ipa itaqꝫ hūane nature cognitiōe tota dependet phīa. cūcta cernūtur corpea ⁊ sepata Singula iudicātur Et ꝓpria dirigūtur. nobis ꝓdesse. alijs ꝓuidere. prognosticare futura. Et fugere nocumēta possumꝰ. qūo igitur qui nos ipos ignoramꝰ reliquaꝝ scientiā speramꝰ. Sed cum pncipium cuiusqꝫ rei difficilimū sit. et potissima ps. ac dimidiū facti. qđ plꝰ est toto. Nostram ergo cognoscere naturā nō est facile. quāqꝫ appareat Quid preterea iocundiꝰ excogitari poterit. qꝫ in se causas suoꝝ opm et accidētiū corpis degustare. ꝑ se alioꝝ ꝓprietates cernere et elicere Mores multoꝝ iudicare. Et ex se occulta et diuina ꝯtēplari Quid p̄stantius qꝫ noscere seipm̄. Et in se alia. Et in se et in alijs diuina Se nāqꝫ videndo p̄stantissimū aīaliū in suba. tpatissimū ꝯplexione ꝑfectissimū ꝯpositiōe. prudentissimū discretōe cognoscet. ad qđ omia tendūt. in quo oia ꝯtinētur. qđ oia p̄t. cūcta excellit. de omib; iudicat. Quasobres oīb; ꝯuenit hoīb; naturā hūanā et se et sua agnoscere. ex aduerso aūt turpissimū id ignorare. ij. rethoricoꝝ. Ac stultissimū ſm Tulliū in questi. tusculanis Alioꝝ cernere vitia et suoꝝ obliuisci. Demū nihil piculosiꝰ qꝫ iter ignotū cecis ingredi oculis. Nihil molestius ceco duce gubernari Nunqđ ambo in foueā cadūt. Luce. vi. Quis p̄terea pijssime xp̄e. te diligere. te colere. ad te ꝑuenire possit. Quis studiose viuat vitia fugiēdo. Quis sine tedio ꝑpetua fruatur delectatiōe. ꝑfecto ille nequit. Qui se ignorat. se negligit. sua scire cōtemnit Cui nulla ē lūis delectatio. Nulla ꝓpria cognitio. nulla suoꝝ opm discretio. Hoc aīaduertētes maiores. p̄ceptū chilonis Lacedomonij. de q̄ Juuenalis. sathira. xi. meminit. Sacculus e celo descēdit Gnoti se afton qđ est ꝯgnosce teipm̄. tāqꝫ appollinis oraculū aureis lr̄is cū alijs duob; vt refert Pliniꝰ. vij. naturalis historie delphis cōsecratū est. Hoc idē dn̄s Mathei. vij. docet Hẏpocrita eijce p̄mum

trabē de ocl'o tuo Et tūc videbis eijcere festucā de oculo fratris' Et
aplus prima ad chorin.xi. Probet aūt seipm hō Et.ij.ad chorin.xiij.
Uos metipos tentate si estis in fide xpi. vn̄ Horati⁹ Tu nihil inuita
dices facies qz mineruia Et iter Sumite materiā vr̄is q̄ scribitis
equā viribꝫ et ꝓsate diu qd ferre recusāt Quid valeāt hūeri ₇c. Et
seneca in eplīs Coacta ingenia reluctante natura irritus est labor.
Ideoqz dicitur a rasi. Qui studere contra naturam voluerit. Et in
studio non delectatur vel somnium incurrit vel rationem amittit et
multa vexabitur melancholia. Et ideo apud horatiū in sermonibus
legitur. Sorte sua cōtentus quisqz viuat 'Nec ephippia bos nec iu-
gum caballus optet. vnde et theren. Sua q̄sqz ꝯtentus sit natura
Hinc est illud Persij sathira.iij. Discite et o miseri causas cognos-
cite rerum. Quid sumus quid nam victuri gignimur ₇c. Et sathira
quarta. Tecū habita aut noris qz tibi sit curta supplex. Et hoc me-
dicorum ꝯmūe ꝓuerbium Medice cura teipm Quid aliud est gi-
gantes pugnare cum dijs q̄z resistere nature. Suū igitur quisqz no-
scat ingenium vt scribit Tullius primo offitii. Acrem qz se et vitioꝝ
et bonorum opm iudicem prebeat Id enim maxime decet id maxie
conuenit vt homo in se cognoscendo quicquid boni habeat id a deo
prorsus habere cognoscat. Quatenus itaqz hoīes se noscant Et q̄z fa
cillime (vt virgilius in maiori q̄z profunde finxit) cum enea ex troia
per Thratiam .cretam.libiā et ceciliam. veniant in ytaliā Maris
quoqz ptes Neptūno Et palinurū compescant. Decreui ad laudem
dei viui.et studiosorū hominum vtilitatem. Cum non solum nobis
nati sum⁹ vt Aristocles.ad architā tharentinū scribit. Sꝫ ort⁹ nostri
patria partem vendicat.partem amici. Tum hominibus ꝓdesse debe
mus Et nostra q̄ sine molestia et detrimēto ꝯcedi pn̄t cōicare. Qm̄
nihil meli⁹.nihil fructuosi⁹.nihil p̄stanti⁹ in hūanis repit fideli in-
terprete.et fructuoso p̄ceptore.quē cum discipul⁹ agnoscit doct⁹ erit.
Antropologiū hoc est libellū de hoīe toto nō pte duntaxat . vt pleriqz
fecerunt ex varijs maioꝝ scriptis conscribere. Et qꝛ res ꝑ difficilis
et ardua existit Quare primum cū bonis hoībꝫ vt orsis tanti operis
ꝓsperos tribuas success⁹. Te cunctipotētem simplicissimū deū Qui
potissimū inuocari debꝫ vbi dign⁹ vindice nod⁹ inciderit Cuestigio
em̄ adest de⁹ qui ꝓcul esse d̄r. Ne ꝓpostero ordie hūanis deficiētibꝫ
subsidijs diuini fauoris grā postulet. hijs virgilianis queso verbis
O pater o hoīm diuūmqz eterna ptās.da facilē cursū atqz audacibꝫ
annue ceptis. Atqz alma parens hoīm genitrix diuūqz fauebis. Et
vos dij ceptis aspirate meis. Adeste fauete. Succurrite.phebe tua
triplici ptāte. Neptūne phocas ꝯpesce Palla sine mr̄e genita toruis
fac vidē ocl'is Et hasta ₇ cristallieo clipeo tēpestatibꝫ occurre Charō
cymbā para achirōta q̄etissie p̄tereā. Eole argētea cathēa vlixi socios

In de arte.

sermo.i.
Hora.in epist.

Tulli⁹ in ca-
thone maiore

Aristo.i.de pti
bus ca.i.

Liui⁹ i ꝓheio

De ꝯse.dist.i.c.
omis xp̄ianus
v.i.enei.₇.i.ge.

oui.prio maio.

collige iunoni resistas ioui bellū ne moueat Mercuri facūde nepos atlantis diuinā adducas eloquētiam. Abdita nature hūane pandas lachesis vitā pduc in finē deducā incepta. Pluto terrā apias. inferiora hoibꝫ aduersa ꝯspiciā. vt inueniā sapiēter. incipiā audacter. pficiam ꝯstanter. Deinde hoc ordie diuino opitulāte Numine. Qui in titulo exprimit. pgrediar. primū de hūane nature Prestantia. Suba. et pprietatibꝫ. Deinceps de corpe hūano. Elemētis. ptibꝫ ꝯsilibus et mēbris ipi⁹. De iuuamentis. nocumentis. accidētibꝫ. vitijs. remedijs Et phisionomia ipoꝝ. De excremētis. et exeūtibꝫ. Scdo de suba spūs hūani. ptibꝫ. et opatiōe. Demū de aia. de ꝟtute periodica. De vita. de virtute regitiua. informatiua. vegetatiua. sensitiua. intellectiua. et appendiitijs earū. Quibꝫ qdē nō exquisite ꝛ singlariter stilo mediocri cum nō in ꝟbis sed rebꝫ et opibꝫ phia ꝯsistat. Sꝫ vliter et vt ita dicā cursorie declaratis Nō minimū credo lectoribꝫ fructū euenire Et maiora tocius phie puncta intelligere. Et nodos circa humane nature cognitionem quodammodo posse enodare.

Sene. in epist.

De excellēti hūane nature dignitate Caput Primum.

Ametsi hoim natura multiplr serua est. vt pmo methice. scribit aristo. pipatheticoꝝ pnceps. ex pte corpis qd mltis et varijs subiectū est ncċitatibꝫ et indigētijs. ob legis preuaricationē nō vt qdā fingunt auctoritate Arest. v. pble. xxij. pter corpis tpatissimā ꝯplexiōꝫ. Cui⁹ cā ditari qnqꝫ magis est eligendū. quis phari melius sit. iij. topicoꝝ. Et ex pte aie Que nuda sine spebꝫ. habitib⁹. et virtutibꝫ creat. iij. de aia. Ipa tn̄ post deum qui est pma oim cā. cuncta excellit sua dignitate creata. Qm nō solū ad dei imagiēꝫ fctus ē hō. pter quē de⁹ fact⁹ est hō vt ipe rurs⁹ de⁹ fieret. verū etis Solus dei artificialis pfecta et celi imago. ipi⁹ qꝫ dei et toci⁹ vniuersi nex⁹ existit. oia ens. omia ꝯtinēs. oia cognoscēs. potens. et arte pficiēs. Ad quē oia ordinātur. in q̄ oia cōicant. pter quē oia fctā stis. Creatū dignissimū. Mixtū tpatissimū. aiatū nobilissimū aial prudētissimū et fere viuacissimū Que oia pn̄ti capite qꝫ breuissime maioꝝ scripturis rōibꝫ et signis siue exēplis qbūs rūstica magis gaudēt ingenia. ne obscuri hois instar. narrata sine cōprobatōe linqꝫ ondere conabor. Prio nāqꝫ geneseos dr Formam⁹ hoiēꝫ ad imagiēꝫ et silitudinē nr̄aꝫ Et eiusdē. ij. Creauit deus hoiēꝫ ad imaginē suā. hō em̄ fm aiaꝫ ad imaginē dei marie fctūs est. Et quātū ad diuinā naturā Et quātū ad psonaꝝ trinitatem vt ex aplo ad ephe. iiij. ꝛ diuo Augustio. x. de trinitate elicit. E⁹ cā fm btm̄ Tho. i pte pria pt eē qꝛ hō fꝫ aiaꝫ differt ab oibꝫ irrōalibꝫ creatis Scdꝫ corp⁹ āt ꝛ alias ꝟtutes pter mētē ꝯueit cū eis Sꝫ qꝛ silitudo dei i brutis ꝛ irrōalibꝫ p modū

Nō ad imaginez dei fctūs ē.

imaginis nō reperitur sed dumtaxat p modum vestigij qd̄ representat per modū effectus qui suā taliter repn̄tat causaʒ vt cinis igneʒ. Naʒ creatura hn̄s subaʒ finitam dem̄rat q̄ sit a quodam principio. Neqȝ imitantur irrōnalia deum neqȝ hō scd̄m corp⁹ Alias quoqȝ aīe virtutes a mēte distinctas. qꝛ solum hoc mō. sunt. viuūt et sentiūt. scd̄m mentē aūt homo intelligit qd̄ maxie deo ꝯuenit. Est itaqȝ fm intellectiuā aiaʒ principalr̄ homo ad dei imaginē factus. qꝛ scd̄m spēm ꝛ vltiaʒ drn̄tiā. Cetera ṽo scd̄m genus aut aliqd̄ accidēs Quasobres aristo. scd̄o de gn̄atōe aialiū dicit. Sola mens deforis est eaqȝ sola diuina nihil em̄ cum ei⁹ actiōe ꝯmūicat actio corpalis. Et venerabilis Albert⁹ fid⁹ aresto. interpres. xx. de animalib; tractatu. ij. capite. iij. dicit. Aia p̄cipue homis multū imitatur causaʒ primā et intellectus celestes. Et ideo etꝫ tocius ordo celestꝫ sigillatur in ea in somnijs et prognosticat̄ de omibus que causantur a motib; celestib;. Homo p̄terea p somnia maxie cum dijs ꝯuenit teste synesio platonico in de somnijs Quāuis nō omia somnia a deo et substācijs immittūtur separatꝫ vt opinatur Aristo. in de diuinatiōe. qꝛ et bruta somniant et stulti ꝛ melācolici quoꝝ natura ē loquax cū q̄bus nulla est deoꝝ cōuersatio. x. Ethicoꝝ. Aliq̄ tn̄ somnia. aut a deo aut substātijs sepatis que natura demonia. aut prope diuina sicut prophetie immitti dicere necesse ē vt testat̄ Auer. in Commēto de diuinatiōe Nā somniū herculis ꝓpe diuinū fuit. Et somniū pharaonis qd̄ interp̄tatus est ioseph. Preterea. dei imago in aia ꝯsistit quātum ad ꝓprietates naturales scȝ memoriā intelligentiā ꝛ voluntatē Scd̄m vero essentiā et ꝯsubales habit⁹ assignatur scd̄m mentē. noticiā et amorē Sed similitudo dei est in gratuitis existēs quedā imaginis pfectio. dicta gratia et lumen aīe a deo datum naturam pficiēs. homo itaqȝ ad dei imaginē et siľitudinē maxie fm aiaʒ factus est. Sed q̄ sit dei imago nō increata et naturalis de qua Aplus ad Colossenses primo dicit Qui est imago dei inuisibilis primogenit⁹ ois creature ꝛc̄. Sed creatiōis vľiter. recreationis quo ad iustos Et siľitudinis quo ad beatos vt satis declarat btūs Thōas pte. i. q. xciij. arti. iiij. Quarū Prima est rō rei Scd̄a gr̄a Tertia vero triū psonarum in vna natura diuinitatis imitatio vt scribit dn̄s Albertus in fine de homie posthabitis duabus vltimis cū pn̄tis non sint speculatiōis. declarabit̄. Tametsi immateriales sub̄e quātū ad id in q̄ primo imagis rō ꝯsideraт̄ qd̄ est intellectualis natura q̄ pfectior est in eis magis deo assiľant̄ Totū q̄ȝ vniuersū de q̄ Bohe. iij. de ꝯsolatu memīt. mēte gerēs siľiqȝ imagine forans. pfecti⁹ sit hoie. Et magꝫ diuine assiľat̄ pfectiōi extēsiue et diffusiue Tn̄ quātū ad id in q̄ scd̄ario ꝯsideratur ꝓut in hoie reperitur quedā dei imitatio. Et intensiue siue collectiue. pfectior imago est hō. qꝛ hō est de hoie sicut deus de deo

Caplo. iij.

Homo est dei imago

Btūs tho. pte .i. q̄stiōe. xciij.

Et sic deꝰ vnꝰ ex̄ñs est ꝑncipiū vniuersoꝝ ita vnꝰ hō ꝑmo creatus
fm damascenū ē ꝑncipiū tociꝰ gn̄is sui. in brutꝭ aūt due hypostases
qꝛ dei imagines nō stꝭ sed vestigia vt dictū ē create stꝭ. Illiꝰ etꝭ gr̄a
masculꝰ vnꝰ ꝑmo creatꝰ ē eo ꝙ ē ꝑncipiū et finis mlierꝭ sic deꝰ prin
cipiū et finis oīm. Hinc est illō apl̄i ꝑma ad Corinthi. xi. Uir qdem
nō dꝫ velare caput suū qm̄ imago et gl̄a dei ē. mlier aūt gl̄a viri ꝛc.
Sic igiꝰ ptꝫ hoiēꝫ esse dei imaginē pcipuā artificialē. nō angelos. nō
vniuersū neqꝫ spūs q̄ hoīb inferiores stꝭ et ipis mistrāt. ipm autem
magꝭ assilari deo fm aīaꝫ hīs liquet qꝛ dr Gen. ꝑmo Et inspirauit
in faciē eiꝰ spiraclm vite. qō est aīa q̄ est tota in toto Et in qlibꝫ pte
tota fm eēntiā. vt motrix aūt pcipue circa coꝛ cuiꝰ motꝰ ꝑmi mobil
motui assilat. dans ei ꝑncipiū motꝰ et sedulo. spm̄ recreās viuificā-
tem fm Auer. in cāticꝭ Auicēne. Recte sicut deꝰ est in toto vniuerso
Et in qlibet ente. marie tn̄ in circūferētia ꝑmi mobilis ꝟsus orientē
viij. phicoꝝ. vñ incipit motꝰ scđo celi. In quiete et simplici motu
oīmodas pficiēs foꝛas vt dr in de mōo p aristo. depēdent etꝭ creātur
et informātur ab aīa hois oīa artificiata Et ad ipaꝫ oīa tendūt. Et
in corpe oīa ꝑpter ipaꝫ fctā stꝭ sic eiꝰ instrumēta scđo de aīa. queādmo
duꝫ a deo cūcta natalia ꝑmo celi depēdēt ꝛ informātur. xij. methice.
et ad ipm tendūt ꝑmo Ethicoꝝ et fctā stꝭ eo ꝙ est finis oīm. xij. me-
taphice. Est pterea aīa dei imago in natura aliena in psonaꝝ trini-
tate queādmodū eñ deꝰ nata ex̄ñs intellectual se in se intelligit ita
aīa spūalis est creatura se cognoscēs p spēs reꝝ intelligibiliū acqsi-
tas in ea subsistētes. iij. de aīa. Et in deo ē psonaꝝ trinitas sub vna
eēntia q̄ fm relationes originis dūtaxat distiguūtur qb in aīa tres
poñe memoria intelligētia ꝛ volūtas. tres habitꝰ ꝯsubales. scꝫ mēs
noticia et amoꝛ corrñdent vt dcm̄ est. Est deniqꝫ ꝑcessio ꝟbi scđm
intellectū. ꝛ amorꝭ fm volūtatē. in aīa instar ꝑcessiōis ꝟbi a dicente
ꝛ amorꝭ ab vtroqꝫ in deo. Quasobres nō irronabl hermes trime-
gistus vt refert Lactātius. ij. diuinaꝝ institutionū. caplo. xi. dt Q
hō sit dei imago Et fidus phie interpres Alber. xx. de aīalib tracta-
tu. ij. caplo. iij. Aia rōnalis p ꝟtutē qꝫ hꝫ diuinā Et p intellectualem
et aialē imago ē ꝑme cāe Et silitudo intelligētie et exm̄ vite celestꝭ
Et themistius. iij. de aīa hō marie assilatur deo si intellectus infor
matur oīb spēb. Est pterea hō fm aīaꝫ celestiū virtutū et tociꝰ mōi
imago vt venerabil dñs Albertꝰ loco pallegato testat Cuꝫ sicut in-
feriora vitā hñt Et suas ꝟtutes ex corpib celestib motis ab intel-
ligentijs et motorib. ita coꝛ ꝙ ꝑmo moueꝛ ab aīa qꝛ ꝑmū viuit alijs
dat in corpe ptib vegetādi et senciendi ꝟtutē et motū q̄ est fm dia-
stolem et sistolē. Et primā spēꝫ nutrimēto qua mouetur ad formam
cuiuslibꝫ mēbri nutrimentū suscipientis Et spm̄ sine quo nō ē vita
Tum ideo celestꝭ. tociusqꝫ mōi imago dr qꝛ oēs vires vniuscuiusqꝫ

Hō ē dei ima-
go fm animā.

Hō est tocius
mūdi imago

ptātis aie ad lumen intelligētie referātur qd aliquo est in ipis siue clar siue obscur vt ptz in de intellectu et intelligibili queadmodū oia luia celestia ad solis lumē vt oēs testātur Astrologi et Aristo.in de ppietatibz elemētor referūtur. Preterea mot' aie imitātur circularē motū et spericū vt ptz in de motu aialiū qlis est celesti. pmo celi Nā appetit' mouz rōz supiorē Et rurs' rō appetitū queadmodū motu diurno spere inferiores.iij.de aia. Etiā ois mot' materie siue fiat alteratiōe pmar qlitatū.siue corpibz celestibz mouētibz.siue quibuscūqz aliis vtutibz mouētibz termiat ad spēz q est fm cgruitatez virtutis pme q est aia aut ab ea. Sic videm' oia supiora moueri ad motū diurnū quātū ad circulatiōz q est diurna.et tenere ipm quis ad motū ppriū alios hnt mot' Referūtur etiā omēs vtutes mēbror et materie ad vnā pmā diuinā q pncipalr est forans et informās alias vtutes et hec ē aia queadmodū motores oēs celestes ad pmū referūt motorē p formā q pmo effluit et pcedit ab ipo. Et inferiores motores desiderant assilari illi tam in motu pprio qz in motu cmūi q est diurn'.quapropter etiam p accns ex alio mobiles sti.viij.phicorum Quecūqz igit sunt de ordine oim causar mdi imprimūtur in aia. Et effiglātur qr possidet spēs gnabiliū et gnandor vt inquit synesi' de somniis Et ideo etiā in imaginibz suis et visiōibz est futuror qdam cōiecturalis scia. Est pterea sol' hō nexus dei et mdi fm Hermetez eo q intellectū diuinū in se hz p quē aliqn ita sup mdm eleuatur vt eti mūdi materia seqtur cceptiōes ei'. Sicut in optie natis hoibus videm' q suis aiabz agunt ad corpm mdi trāsmutatiōz vt miracula facere dicātur. Et ideo eti in ea pte qua hō mūdo nectitur nō mūdo subiicitur sed pponit vt gubernator.hinc eti causat fm Albertū.xxij. de aialibz.caplo quito tractat' pmi.fastinatio qua aia vni' agit ad alterius impedimētū vl expeditiōz p visum vel aliū sensum. Et ideo idē hermes testat. Si aliqn aliqs hoim p electionē se mūdo inferiorem fecerit.qsi honore hūanitati exut' ppietatē accepit bestie. Et p ccupiscentiā porc'.p iram canis.per rabiē leo.et sic de aliis dr fieri qd plato scdaz vocauit aiar incorpatiōz.de qua poete varia fingunt cū de vlixis.sociis scribūt q a circe mutati sti i varias foras brutor vt ptz pmo de remedio amori Quidā vo eā dicūt esse possibilē magicis artibz vt dt Bocati'.iiij.ca.xiiij.perseuerāte aūt hoie in menti culmie trahit ad se corp' et mdm qr aia nata est pcipe corpi et mūdo Si aūt p electiōz corpi se supposuerit cū accna corpis aiaz trāsmutāt fm Aristo. in de Phisionomia tūc accipit corruptiōis ppietates et corp' nō ctinet Sed sic inflicta et fracta ad corp' festinat p imaginatiōes et passiōes et corpis accelerat corruptiōes. Et ideo Auicenna dicit q imaginās colores rubeos auget sanguis motū et fluxum vt ptz in morbillis et multū tristis et timēs leprā erit aliqn leprosus.

Hō est dei et mdi nodus

Scda primi doctri.ij.c.xiiij

Et cetera multa huiusmodi contingūt in hoīe. hinc est mlier incantatio vt dñtia ptz. cli. Preterea Sic se hz in naue nauta. in cursu auriga. in choreis choranla. in ciuitate lex. in agmie dux. ita deus in mūdo et aīa in corpe hūano. lex em̄ immobilis exñs dispōit oīa scd̄m ciuilitatē. Nā insectātes eā exeūt pncipes ad pncipatū. legislatores ad ꝓpria iudicia. Cōsules et oratores ad oportuna ꝯsistoria. Et hic vadit ꝯmestur⁹ in aula ille rñsurus iudicib⁹. Ali⁹ aūt in ꝯpedibus moritur⁹. fiūt etiā ꝯuiuia. leges. Et annales nūdine. deorūq victime. et latrie ydolorum necnō oblatiōes fessorum. Alia vero alijs fctā fm vnū iussū aut legalē ptātē fuant qd faciētis est ve. Sic et in maiori mūdo de⁹ immobilis oīa dispōit ita q sp mobilr et diligēter toci⁹ regitur decor celi. et terre diuisi⁹ fm oēs naturas p ꝓpria semia in plantas et aīalia fm gña et spēs. in hoīe q pcipue mō⁹ mior dr vt infra dicetur silr oīa ordinata sūt. Corp⁹ namq suū se hz vt totū vniuersū in quo sic diuerse lr̄e vnite in orōne ꝓportionātur. ita diuersa elemēta et elementata inter se dissentiētia. ad ꝯsensum vniuersi vniūtur ita plus in corpe hūano. instar toci⁹ vniuersi mēbra ordinātur et cōtpata sunt. Hō em̄ ad vniuersi habitū institut⁹ est dr Aristo. pmo de aīalib⁹ capite. xv. ita q ptes tam supiores. q inferiores ad sitū orbis vniuersi supiorē inferioremq disposite sunt. Itidēq pores posterioresq atq etiā dextre sinistreq hñtur. Cum ceterorum aīaliū genus vl' oino respectu eiusmōi careat vl' ꝯfusi⁹ ita ꝯstet. Ad hec Aristo. vba. venerabilis Albert⁹ pmo de aīalib⁹. capite finali tractat⁹ scdi dr. Solius em̄ hoīs mēbra fm positiōz ꝓportionātur pfectissimo qd ē mō⁹ et celū et ꝯtinētia toci⁹ mōi Et ido etiaz pfectissimū corp⁹ hoīs eē inuenit Supiora em̄ regētia et forālia i hoīe dirigūt fm sitū ad supi⁹ mōi Et intelligētia mouet et regit in eis sic facit supiora mōi et hec nō est alicui⁹ corporis actus sic nec intelligētia q mouet et regit id qd est supi⁹ mundi qd nō est ita in alijs aīalib⁹. hoīs em̄ caput in quo sūt vtutes intellectuales et aīales positū est sup totū corp⁹ regimīe et situ fm creatiōz et sitū mōi toci⁹. Aliorum vo aīaliū capita sūt regimīe et nō situ. declināt em̄ anteri⁹ prona in terrā et nō sunt erecta In hoc aūt ꝯueniunt q hñt quedā ordinē positiōis mēbrorum cū hoīe in corpib⁹ sed nō in situ mōi qr habēt post caput collū. si hñt collū Aut id qd est loco colli et post collū pect⁹ anteri⁹ et posteri⁹ deorsū rc. Solū igit corp⁹ hūanū ad mōi ordinationē situat erigendo caput sursū vsus celū grā mixtionis pfecte Aut qr locus q vicinatur cordi et pulmoni est valde calidus. ideoq erigit corp⁹ ꝓpellendo spm̄ et sanguinē ad supi⁹. Calor em̄ et spūs sursū tendūt faciūtq augmētū in mēbris supiorib⁹ et erectionē figure. vt dr Albert⁹. xij. de aīalib⁹. caplo. iij. Aut qr nō solum vtit sensib⁹ ad vite nccaria qr non in solo pane viuit hō sed in oī vbo qd pcedit ab ore dei Mathei. iiij. et Deutro. viij. Aut qr loquutio

Alber. xij. c. iij.

impediretur que est homi ꝓpria si caput inclinatū haberet aut maximum visus ad diuersa opa cessaret Aut vt interiores vires liberius suas opationes habeāt dum cerebrū in quo quodāmodo pficiunt non est depressuȝ sed sup oēs corpis partes eleuatū scōm btm Tho. pte.i.q.xci.ar.iij.ad tertium. Est itaqȝ homo arbor quasi trāsuersa scōo de aia et oim aialium rectissimū scōm Aristo. in de respiratōe Unde ouidi9 in pncipio maiorȝ opis Pronaqȝ cū spectant aiantia cetera terrā Os homi sublime dedit.celūqȝ videre Jussit ꝛ erectos ad sidera tollere vult9 Quasobres pueri quoꝝ aia parum ab ania brutoꝝ differre videt.viij.de aialib9 Aristo.ca.i. Jn pncipio stȝ nanosi vt in de somno et vigilia dr. Et qr hō superius sui corporȝ qd est caput versus supius mōi habet.et inferius versus mūdi inferi9 ideoqȝ optime est dispositus scōm dispositiōȝ tocius mōi. Preterea pluuie in megacosmo sursum in regiōe media p infrigidacōȝ generantur quib9 catharri in capite a vaporib9 in vētre eleuatis generati assilantur.q terre locū in homie habet Pect9 vero vt regio aeris et ignis Caput vo diuinūm membrum drn̄tia. lxxix. et.xxxiij. pble. ix.vbi sic inquit Aristo.quia tribus locis existētib9 capite.pectore et inferiori ventre caput est diuinissimū. Unde loc9 ille religios9 appellat insti.de re.diuisiōe.in q caput defuncti ponit.Ampli9 corp9 hūanum facilius sentit celi impressiōes qr magis accedit ad celi similitudinē eo ꝙ motor ei9 est imago motorȝ dei.et mōi.et silitudo vt dictū est. ꝓpter ꝙ omia que sunt vliūm motoꝝ et mobiliū mōi magis pfulgent in homie q̄ꝫ in alijs Ampli9 tocius vniuersi natura in calidū tendit.Et in hūidum inclinat Om̄ supiora vtcūqȝ ad hoc et homieȝ pcipue ꝓpter gn̄ationē ordinātur maxime ac vitā Que pficiuntur ꝛ stant calido velut agēte et hūido tanq̄ꝫ materia.ignis em̄ mole et caliditate supat quantitatē aque et frigiditatē ita vt calidū obtineat sup̄ frigidū graueqȝ leuificet. Et aer qui terre molē excedit et siccitatē remittit. licet em̄ hūiditas ei9 sit vehementer passiua cū quanto et calido mensurato eliquatiuo el ꝯsociato ac etiam ab aque hūore taliter vt hūidū aeris cū quantitate ipsius obtineat sup terre siccitatē et molem. Nam ex pugillo terre q̄tuor ꝯsurgūt aque Et ex vno ipsi9 decem aeris. Et de hoc siliter ignis decē Et ecōtra ex decē ignis vnus aeris et deinceps .vt scōo de gn̄atione et in ꝯmētarijs puuli phie sufficiēter declarat Cōplexio pterea oim astroꝝ vt i prio quadriptiti ex ꝯplexiōe planetaꝝ elicitur. Ad caliditatē et hūiditatē tendit.velut ꝯplexio hūana . Nam caliditas iouis martȝ et solis superāt frigiditatē saturni venerȝ contpate infrigiditate et lune ita ꝙ caliditas supercedat. Siliter et hūiditas multa lune ꝛ veneris nobis ꝓpinquaꝝ et iouis supant Siccitatē saturni martis et solis nō vehemēter sicci. Cū sit fons maxie caloris et vite ita ex caliditate et

Fabula scōe

Alber. de aia. libo .xij.ca. iij.

Drn̄tia.x.

siccitate cordis. vt primo pria dicit. Et hũiditate epatis. frigiditate ꝛ hũiditate cerebri. ex quadã coalternatiõe cũ hec ꝓportõabunt ꝛ põderabũtur adinuicẽ tertia resultat ꝯplexio tendẽs ad caliditatẽ ꝛ humiditatẽ quã medici tꝑamentũ quo ad iusticiã appellãt Sic igitur astroꝝ ꝯplexio oĩm magis in corpe hũano ꝙ in aliis mixtis reꝑitur qꝛ ipm mag equate celi assilatur et mag ab excellẽtia recedit ꝯtrariorũ vt ptꝫ ꝑma primi de ꝯplexiõib. et alber. xii. de aĩalib. c. ii. sufficienter declarat. Partes ꝑterea ꝯsilẽs et foꝛales in corpe hũano planetis ꝯpant Saturno eñ melãcolia et augmẽtatio et distillatio ei⁹ attribuit. Joui sanguis. Marti cholera flegma. Lune. spũs vitalis soli. sperma veneri. Et mercurio quidam attribuũt vapores quidam spm aialez. Preterea Cor ꝯpatur soli. fm Alber. xii. de aĩalib. ca. iiii. Cerebruz lune. Splen Saturno. Epar marti. Pulmo Joui. vasa seminalia veneri. et Mercurio. Et de infirmitatib corpis hũani Saturnus fit flegmaticas et melãcolicas acutas vt lepras morpheas ꝛ huiusmõi Juppiter vo Quicqd fuerit ex sanguĩe ꝑ augmentũ quãtitatis que nõ fuerit suꝑflua extra naturã Nec ꝑ sanguinẽ adustũ. nec ꝯuertibilẽ. Mars febres calidas et sanguineas et pustulas sanguineas et rubedinẽ corpis cũ aspitate et feditate et capitis dolorẽ. Sol infirmitates calidas et siccas. Ven⁹ frigidas et hũidas q̃ accidunt ꝓpͥe et maxĩe in mẽbr genitalib. Mercurius infirmitates spũales aĩe. id est cogitatiões horribiles. Et inequietudinẽ ment atqꝫ dubitatiões et cetera similia. Luna guttã caducã. et vultus torsionẽ. mẽbroꝝ ꝯmotionẽ quicqd fuerit in siĩtudinẽ frigor ꝛ hũiditat. et qualitatẽ animi fm ꝯplexionẽ suã cum planetis. Signa ꝑterea celestia ꝛ domus celi fm Ptholomeũ et Albumasarem corp⁹ hũanũ ꝑceteris respiciũt. Aries eñ caput cum facie atqꝫ oculoꝝ acie piter et eorum accidẽtia cũ accidẽtib auriũ et oculoꝝ respicit. Thaur⁹ collũ ꝛ guttur cum suis accidẽtib glandulas ꝛ fistulas. dorsi gibbũ. ocloꝝ dolores atqꝫ polipum cũ oris fetore. Gemini scapulas hũeros cũ brahiis et lacert et manib eorũqꝫ occasiones. Cancer pectus pulmonẽ ysophagum splenẽ cum collis oculoꝝ maculas et obtalmias. ac quicqd pectora intrinsecus ledit. Leo os stomachi supi⁹ qđ nostri dicũt cor Epar neruos lacertos. ossa dorsũ eoꝝqꝫ accidẽtia. virgo ventrẽ cum intestinis ꝛ renem vsqꝫ ad podicem eorumqꝫ incomoditates. Libra feõra ꝛ ab vmbilico deiceps vsqꝫ ad clunẽ cũ lumb ꝛ renib et renuunictis eoꝝqꝫ accidẽtib. Scorpio clunes Jguem medullã spinam cũ podice et vesica simul et accidentia eorum vt difficultatem secessus. illiacam tenasmum stranguiriã emorroides calcalum ꝛc. Sagittarius coxas membrorũqꝫ suꝑfluitates. ossium lesiones. sectiones. morsum serpentum ꝛc. Capricornus genua cũ suis neruis et oculorum lippitudinẽ. Aquarius Crura vsqꝫ ad talos. Deinde venaꝝ impedi-

Alchabitius
drĩtia ꝑma.

menta.hictericiã ac melãcolie incomoditates. Pisces pedes cũ suis Neruis tũ neruoꝝ impedimẽta podagrã et tumorẽ. Diuersificantur ꝑterea in signis astra respectu corpis hũani ꝙ̃maxie de qua diuersitate dicit alchabitius in suo introductorio drñtia.i. Hic breuitatis causa posthabetur Preterea Gal.in de spermate videt dicere vt refert Alber.xxij.de aialib.c.i.tractatus scd'i Q' in gñatione aialium sperma non sic mutatur fm horarũ ordinẽ et planetaꝝ ꝛ signoꝝ opa sicut hominis. sed ex prima et indita ꝓprietate omia vni⁹ sunt complexiõis. vñ et Ptholomeus in quadriptito. declarãs ottimensem ptum nõ viuere talem ponit ordinẽ planetaꝝ super conceptũ regentium ꝙ primo mense dñatur Saturn⁹ qui est origo retentiue. Deiñ scdo mense Juppiter existẽs origo crescẽtis. Tertio Mars ad motũ ꝯcitãs. Quarto Sol celi cor et mũdi ꝑnceps spiritũ inducẽs. Quito ven⁹ contemperãs martis calorẽ et carnẽ augmentans. Sexto mercurius exsiccans supflua et ptes miores extrinsecus sepans. Septio luna carnem et piguedinẽ supadijcit.sui hũiditate infantem nutriẽs et augmentãs Demũ reuertitur saturn⁹ inimicus vite. Et ideo pt⁹ ottimensis nõ viuit vt frequẽter de quo drñtia.xlix.latius. Preterea Etas hois planetis dirigitur Nam prima sequitur ptãtem lunareꝫ Scda mercurialẽ Tertia veneream Quarta solarẽ. Quita martiaꝫ Sexta iouiã Septima saturninã vt latius Proclus in de aia et demone et drñtia.xxvi. ꝯsiliator ostendunt. Ex his itaꝗ nisi me fallat opinio ptꝫ Corpus hũanum plus habere rationẽ vniuersi toci⁹ siue mundi ꝙ̃ cetera corpa.ideoꝗ nõ irrõnabiliter minor mũdus homo dicitur ab autoribꝫ Huic aũt corpi nectitur anima dei imago existẽs vt dictum est ignota scdm essentiã vt deus notissima in effectib⁹ vt in de mõdo aresto. dt Cui sens⁹ et potentie famulant quẽadmodũ angeli deo. Que corpe et membrꝭ vtitur tanꝗ̃ instrumẽtꝭ oia ꝓducẽs artificiata vt de⁹ toto vniuerso et celestib⁹ corpibus omnia causans naturalia Sedens in medio corpis sicut rex in vrbe vt in de motibꝫ animaliũ dr Et de⁹ est in mundo sicut rex in regno vt Aristo.in de mundo exemplo regis Xerxis qui susis pulcerrimũ habuit pallatiũ declarat. Ad cui⁹ imperium omnia corpis membra cõmouentur ipa quoꝗ recedente corpus perit. Sicut duce exercitus ꝓstrato ipse diuellitur. ipso aũt mandante. vnusquisꝗ audito clangore excitatur hic sumit clipeũ. Alius coralia. vel cassidem Alius baltheũ adaptat Hic frenat equum. Jlle bigas ascendit. Alius prebet signum. Mox cum dux insidiarum consistit in insidijs. principes aciei ẽ in acie Miles in cornu Jnermis autem recurrit ad propria. Sic omnia sub vno significatore mouentur nutu ducis qui fungitur potestate Jta et in vniuerso. omnia vno reguntur directore infallibili.

pifte

dñatio planetarum sup ꝯceptũ

Et in corpe humano omia mouetur ab aia immobili que a solo deo creatur et ab ipo solo mouet vt in de bona fortūa testatur aristotiles Quedā eñi forme a primis dependēt duntaxat q̄litatib9 vt elementorū. Quedam a corpibus celestib9 vt forme mixtoꝝ inaiatoꝝ vt ꝙ adamas attrahit ferrū dicit ex virtute celesti habere. qōlibet enim mixtū duplicem hꝫ virtutem elementarē et celestem fm Johannez mesue. Alie assilantur motorib9 celestib9 inquantum sunt principia motus in reb9 viuentib9 que mouēt seipsas vt aie vegetatiue. Alie assilantur motricib9 orbiū nō solū in mouendo sed etiā cognoscēdo vt anime brutoꝝ aialiū Supꝫ oēs aūt has foꝛas regitur forma silis sepatis substātijs quantū ad genus cognitiōis qō est intelligere. A solo deo vt dictū est dependens. virtutes dictaꝝ formarū oēs sicut deus. oia ꝯtinens ꝯseruans et pficiens Et hec est aia rōnalis Que cūm corpe hūano homiez ꝯstituit. Sic itaqꝫ solus hō est dei et vniuersi tocius nexus. celestium et terrestriū vinculum et nodus Oia ens. q2 totum vniuersum. Et sicut deus est oia scōm ideas eo ꝙ oia in deo nobilius hn̄t esse q̄ȝ in se. ita anima est omia scōm species q̄s in se habet. Nam omnia sensibilia fm sensum et intelligibilia scōm intellectum. iij. de an̄a Et non est oia quasi ex oib9 ꝯposita sicut voluerunt Pitagoras et Empedocles Preterea Albert9 in pncipio de homie dt ꝙ aia est quodāmō oia ex eo ꝙ res vel sunt a natura vł ab aia. Res a natura aut sunt in motu scōm esse et rōnem vt sensibiles Aut st ĩ motu fm esse et scōm rationē abstracte a motu vt mathematice et imaginabiles. Aut fm esse et rōnē sepate a motu vt res diuine q̄ sunt intelligibiles Quaꝝ oīm veritatȝ aia est pncipiū Nam principiū veritatis naturaliū est per sensuȝ. mathematicaꝝ p imaginationē. et diuinaꝝ p intellectū. Res aūt ab aia Aut sunt ethice vt opa voluntatis Aut mechanice quaꝝ pncipiū est intellectus actiu9 vi. methice. Et est pncipiū moralium per rationē prudentialē. et eligentiam siue voluntatem. et p essentiā rōnaliuȝ. Sic itaqꝫ ptȝ ꝙ hō scōm animā est oia Vn̄. x. methice dicitur ꝙ hō est mensura oim q2 sciens et intelligēs oia quodāmō existit. Ex hinc infertur ꝙ homo ꝯtinet omnia q2 minor mundus appellatur ⁊ omēs creature mūdi quodāmō inueniuntur in eo fm btm̄ tho. pte. i. q. xci. arti. i. Inaiata scōm esse. vegetabilia rōne vegetatiōis. anialia quo ad sensum. spūs et sepata quo ad intellectū. Et ideo ois creatura dr Johis vltimo. Et creatura mōi ad roma. pmo. Et dignissima creaturaꝝ. l. absentē ff. de Edi. edic. et finis oim. scōo phicoꝝ ⁊ vltimo creatus tanq̄ꝫ pfectissima creatura Genesis pmo Ampli9 vt refert Pic9 expositiōe quita heptapli. Hois suba oim in se naturaꝝ subas Et tocius vniuersitatis plenitudinē reipsa ꝯplectitur Dicit re ipa q2 et angeli et quecūqꝫ creatura intelligens quodāmō continet omia dum plena

Btūs tho. in sum. ꝯtra gēti. li. ij. c. lx viij. In ꝓhemio

Homo est oia

[handwritten margin note:] mundus appel[...]

Hō ꝯtinet oia

formis et rõnibus oim rerum om̃ia cognoscit. At vero quẽadmodũ deus non solum ob id qđ omnia intelligit sed q2 in seipso vere rerũ substantie pfectionẽ totam vnit et colligit. ita et homo(quãq3 aliter alioquin nõ dei imago vt dictum est sed deus esset) ad integritatem sue subẽ om̃es tocius mũdi naturas corrogat et counit. qđ de nulla alia creatura siue angelica siue celesti siue sensibili dicere possum⁹ Est aũt hec diuersitas inter deũ et homiẽ q deus in se oĩa continet vti oim principium. homo aũt omĩa ↄtinet vti omniũ medium quo fit vt in deo sint omnia meliore nota q̃3 in se ipsis. In homine inferiora nobiliori sint conditione supiora autẽ degenerent Sunt ignis (qui anima carens multis rationib9 deum pticipat) aer. aqua. terra. per verissimã ↄprietatem nature sue in crasso hoc et terreno hoĩs corpe qđ nos videmus. Est preter hec spiritale aliud corpus diuinius vt inquit Arestotiles q̃3 elementa. qđ de celo ↄportione rñdet Est preterea in hũane vita plantarum vt dictum est. Est sens⁹ brutorum tam intimus q̃3 externus. Est celesti anim⁹ ratione pollens. Est angelice mentis participatio. Est harum omniũ simul in vnũ confluentium naturarũ vere diuina possessio. vt libeat exclamare illud Mercurij Magnũ o asclepi miraculum est homo. hoc precipue nomine gloriari hũana conditio potest quo etiam factum vt seruire illi nulla creata substantia dedignetur. huic terra et elementa. huic bruta sunt presto et famulantur. huic militat celum. huic salutẽ bonumq3 procurant angelice mentes si quidẽ verũ est qđ scribit Paulus Esse omẽs administratorios spũs in ministerium missos propter eos qui hereditati salutis sunt destinati. Nec mirum alicui videri debet amari illuz ab omnib9 in quo omĩa suũ aliqđ immo se tota et sua omnia agnoscunt Homi deniq3 mancipantur terrestria. homini fauent celestia. q2 et celestium et terrestrium vinculum et nodus est Bene ita q3 dixit diuinus ille Picus q homo quart⁹ sit mundus Et ↄpheta psalmo. viij. Quid est homo q memor es eius aut filius hominis qm̃ visitas eum Minuisti eũ paulominus ab angelis gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opa manuũ tuarũ Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersas insup et pecora campi Volucres celi et pisces maris qui per ambulant semitas maris Ex his liquet hominẽ omnia continere tanq̃3 ex omib9 constitutum vnde fingunt poete de Prometheo vt patet Oda sexta per Horatium primo carminũ q ex limo finxit simulachrũ et immisit aĩaz cũ oib9 potẽtijs ac virib9 Appetitũ ↄcupiscibilẽ ⁊ irascibilẽ deditq3 illi ex sue libidiẽz Ex vulpe dolos Ex lepore timiditatẽ Ex leone irã Ex alijs itẽ aliđ ⁊c. Cognoscit p̃. hõ oĩa sensibilia p sẽsum et spũalia siue itelligiblia p intellectũ abstrahẽdo spẽs rez q̄ st3 i aĩa. iij. de anima. Pot idcirco omnia. vnde iij. de anima dicitur Intellect⁹

hõ ↄgnoscit oĩa

ágens est omia intelligibilia facere et intellectus possibilis oia fieri Et man⁹ est organũ organoꝝ qua hõ potest omia materialia facere De quo latius p Aristo.xxx.ꝑble.iiij.dicit Deus instrumẽta in nobis ipis dedit duo in quibus vtamur exterioribus instrumẽtis corpori quidẽ manũ .aie aũt intellectũ Quẽ imitat Gal. in pncipio de iuuament membroꝝ dicens Hõ aũt qꝛ inter oia aialia intelligentiã hꝫ et cognitionẽ in oibꝫ modis.fuit ei datũ instrumentũ in quo conueniunt oia instrumẽta dabant igit illi man⁹ loco oim.cum ita vtat eis loco oim modoꝝ armorũ. Et ideo lenis corpe et nud⁹ nascit qꝛ oia sibi facere põt. Alber. de aialibꝫ.li.ix.c.ij. Est pterea Man⁹ signũ qd hõ oibꝫ domiatur aiatis vt declarat Alber. in de aialibꝫ.li.xiiij.c.ij. suis aũt mẽbris minime.l.liber homo.ff. ad.l. aquiliã Que licet sit vna in sũba est tñ ꝟtute multa in se recipiẽs formas mltoꝝ vsuum ꝛ mltaꝝ spẽ et genere opationũ .hij ḡ q opinãtur corp⁹ homis nõ ẽsse a natura ꝯueniẽter dispositũ sed peiorẽ esse dispõnis oibꝫ aialibꝫ grauiter errant Aialia aũt alia ab homie nõ hñt nisi vnũ moduꝫ vigorẽ et aliũ habere nõ possunt Neqꝫ possunt alia et alia ad vsuꝫ arma mutare sicut hõ. vñ hõ arte et rõne viuens solum ꝓprie dr agere .primo methice . Et ideo sol⁹ habet in corpe organũ organoꝝ. Et q manib⁹ carent ex natiuitate id pedibꝫ faciũt qd pfecti manibꝫ exercent. Preterea hõ põt fm aiaꝫ pcipe corpi et mundo. Sapiẽs eñ dñatur astrẽ scdm Ptholomeũ in centiloquio Quare celestẽ põt virtutem impedire. fm Alber. vi. de aialibꝫ.c.i. Quia celestia puidens in se pueniit frequẽter Et in alijs dispoit corpa in ꝯtrariũ vt ex scia ꝑgnosticorũ et de diebꝫ creticis Atqꝫ astroꝝ colligit. Et qꝛ frustra est poña que non potest in actũ pmo celi. Natura aũt dans homi mẽbra quibꝫ põt oia facere.nihil facit frustra ex .ij.phicoꝝ.iij.de aia et pmo celi Infertur Itaqꝫ ꝙ hõ etiã omia opatur.deducendo omipotentiam suam in actum In hoc aũt a deo differt qui omnia facit in esse naturali. Hõ aũt in esse artifitiali qd naturã imitatur. Ad hominẽ pterea omnia tendũt et ordinata sunt celum et tota natura. Tribus eñ ordinibus vniuersum ordinat fm Alber. in de hoie in fine.scꝫ in deum.in se.et ad hominẽ Ad deũ qꝛ deus eq̃liter se hꝫ ad omia fm Dionisium sed nõ omia sibi eq̃liter assunt Eo ꝙ non equaliter suas bonitates pticipãt siue percipiunt scdm eñ merita materie dantur forme Qualis itaqꝫ materia talis educit forã.ij.de aia. Et primo celi dr Ab hoc quidẽ ente cunctis deriuatur esse et viuere. hijs quidẽ clarius. hijs vero obscurius In se aũt triplicẽ habet ordinem scꝫ locati ad locum mouentis ad motũ. Et poñe ad actũ. Ad hominẽ autem qꝛ est finis oim creaturarum.cui oia submistrant qui de omibꝫ participat vnde ad ipsum omia ordinantur et tendũt Sicut eñ de⁹ est finis optimi homis ita optimus hõ est finis alioꝝ pmo ethicoꝝ.ij.phicoꝝ. Perfe

hõ potest oia facere.

Oia facit hõ

ad homieꝫ oia tendunt

ctiora enim sunt fines aliorũ. v. de historijs. c. i. et ꝑmo de partibus Que enĩ sunt posteriora generatiõe illa sũt ꝑma ſm naturã Homo aũt generatur post omĩa alia et postremo creat⁹ est Nã embrio ꝑmo viuit vt planta. ſcḋo vt animal. tertio vt hõ. ij. de generatiõe aialium caplo. iij. Celum etꝫ in ipm ordinatur p̄cipue vt dictũ est eo ꝙ celestium pticipat virtutes Deiñ natura ex elemētꝫ q̄ sunt prima ⁊ vltia mixtorũ ad mixta impfctã ꝓcedit que sunt vapores et impressiones aeris. a quib⁹ ad mixta inaiata vt sunt lapides metalla (Que qñq₃ effigies animalium intus et extra habent et p̄sertim lapides falsi ita ꝙ Auicēna dicit animalia tota in lapides mutari qḋ testatur fabula Gorgonis hoc est meduse que ad se respicientes dicitur ꝯuertisse in lapides vt ptꝫ lati⁹. iiij. metamorpho. p ouidiũ) Ab his aũt i aiatꝫ natura ꝓgreditur plãtas. a plãtis ad bruta impfecta que videnꝫ qñq₃ esse plãte Et a brutis imperfectis ad perfctã. Ne igitur natura saltũ faciat procedendo ab extremo in extremũ inter bruta que sunt valde terrestria et hominem qui maxime diuinitatem pticipat vt testatur Aristo. ij. de partibus. c. x. ordiuauit pigmeum qui post hominem est animal pfectius. vtens manu in plurib⁹ vsibus sed non ad opa artꝫ vt refert. Alber. xxi. de aialibus. c. ij. Natura itaq₃ nequiens ꝓducere animal pfectius homie. Omnia in ipm tocius vniuersi entia ordinauit. Quapropter in homie omĩa cõicant qꝛ est omnia vt mediũ sicut dictũ ē in eo etiã est mixtio elemētoꝝ. ꝯplexio primaꝝ q̄litatuꝫ Cõpositio hũoꝝ et ptiũ consiliũ. vnio membroꝝ. Consubstãtiatio tocius corpis cum aia. que dici potest informatio. Et dei et vniuersi connexus. Sic itaq₃ nodus et vinculm elementorũ. et elementatorum corpalium et spiritualium existens. rõnabiliter dictuꝫ est omĩa in homie cõicare. Ipse quoq₃ rursus cum omib⁹ cõmunicat ꝓpter tēperatam sui corpis qualitatem. Et quanto plus ꝯmũicat cum vno tantomagis recedit a tpamento et ꝓpria natura accedens vel ad bestialitatē vel diuinitatē Unde sunt hoies siluestres vt in walachia sine ciuilitate. et ciuiles sicut pfecte intellectu participãtes. Anceps enim hoim est natura qꝛ socialis et solitaria. prio historiaꝝ Aresto. c. i. Amplius omĩa ꝓpter hominꝫ fctã sunt vt dicitur. l. ij. ff. de statu hominũ. Et ipse in repatiõnē angelice ruine. de ꝯs. dist. i. c. hij. duo. Nã oia nostra sunt ſm aplm Supiora ad ministeriũ in custodiēdo et ad iocunditatem societatis in futuro. Inferiora ad nccitatem vite in cibo. Ad iuuamentũ laboris. vel ad exercitium sapientie in ipsis. vel ad exercitiũ virtutis. Unde Tullius in primo offitioꝝ ait. Atq₃ vt placet stoicis Que in terris gignuntur ad vsum hoim oia creari homies aũt hoim causa esse gñatos. vt ipi inter se. alij alijs ꝓdesse possent. cum ortus nostri partem patria. partem amici. vendicant. Preterea omnia sunt gratia hominis tam artifitialia quoꝝ est finis.

Alber. xxij. de aialib⁹. c. v. drñtia. vi.

Prio pollitꝫ. x. pble. xlix. Alb. ḋ aiali. i. c. iij. tracta. i.

l. ad cbo. iij. i. fi.

